

**Bijlage VWO
2014**

tijdvak 1

Latijn

Tekstboekje

Tekst 1

Hippomenes en Atalanta

600 Non tamen eventu iuvenis deterritus horum
601 constitit in medio vultuque in virgine fixo
602 ‘Quid facilem titulum superando quaeris inertes?
603 Mecum confer’ ait. ‘Seu me fortuna potentem
604 fecerit, a tanto non indignabere vinci;
605 namque mihi genitor Megareus Onchestius, illi
606 est Neptunus avus, pronepos ego regis aquarum,
607 nec virtus citra genus est. Seu vincar, habebis
608 Hippomene victo magnum et memorabile nomen.’
609 Talia dicentem molli Schoeneia vultu
610 aspicit et dubitat, superari an vincere malit,
611 atque ita ‘Quis deus hunc formosis’ inquit ‘iniquus
612 perdere vult caraeque iubet discrimine vitae
613 coniugium petere hoc? Non sum, me iudice, tanti!
614 Nec forma tangor (poteram tamen hac quoque tangi),
615 sed quod adhuc puer est; non me movet ipse, sed aetas.
616 Quid quod inest virtus et mens interrita leti?
617 Quid quod ab aequorea numeratur origine quartus?
618 Quid quod amat tantique putat conubia nostra,
619 ut pereat, si me fors illi dura negarit?
620 Dum licet, hospes, abi thalamosque relinque cruentos.
621 Coniugium crudele meum est; tibi nubere nulla
622 nolet, et optari potes a sapiente puella.
623 Cur tamen est mihi cura tui tot iam ante peremptis?
624 Viderit! Intereat, quoniam tot caede procorum
625 admonitus non est agiturque in taedia vitae.
626 Occidet hic igitur, voluit quia vivere mecum,
627 indignamque necem pretium patietur amoris?
628 Non erit invidiae victoria nostra ferendae.
629 Sed non culpa mea est. Utinam desistere velles,
630 aut, quoniam es demens, utinam velocior esses!
631 At quam virgineus puerili vultus in ore est!

632 A, miser Hippomene, nollem tibi visa fuisse!
633 Vivere dignus eras. Quod si felicior essem
634 nec mihi coniugium fata importuna negarent,
635 unus eras cum quo sociare cubilia vellem.'

636 Dixerat, utque rudis primoque cupidine tacta,
637 quod facit ignorans amat et non sentit amorem.
638 Iam solitos poscunt cursus populusque paterque,
639 cum me sollicita proles Neptunia voce
640 invocat Hippomenes 'Cytherea'que 'comprecor, ausis
641 adsit' ait 'nostris et quos dedit adiuvet ignes.'

642 Detulit aura preces ad me non invida blandas;
643 motaque sum, fateor, nec opis mora longa dabatur.
644 Est ager, indigenae Tamasenum nomine dicunt,
645 telluris Cypriae pars optima, quem mihi prisci
646 sacravere senes templisque accedere dotem
647 hanc iussere meis; medio nitet arbor in arvo,
648 fulva comas, fulvo ramis crepitantibus auro.
649 Hinc tria forte mea veniens decerpta ferebam
650 aurea poma manu; nullique videnda nisi ipsi
651 Hippomenen adii docuique quis usus in illis.

Ovidius, Metamorphoses 10, 600-651

Tekst 2

Atalanta's nederlaag

- 1 Aan alle vrijers, door haar uitgedaagd,
 - 2 gaf zij de speerdood als een bruidsgeschenk.
 - 3 Hoe slechte loopers! - vaak had 't haar gekrenkt
 - 4 dat zij niet door de besten werd belaagd.
-
- 5 Hippomenes was in de bocht gezwenkt
 - 6 en had het met een jongenslist gewaagt:
 - 7 hij wierp met app'len, waarover de maagd
 - 8 wild struikelde, - dat was zijn bruidsgeschenk.
-
- 9 Voor sluweheid openstaand meer dan voor kracht
 - 10 wilde het volk op haar vertoornde klacht
 - 11 des snelsten loon de slimste niet ontrooven.
-
- 12 En hij was nog veel slimmer dan men dacht,
 - 13 want ná die app'len, en de eerste nacht,
 - 14 verdween hij, - en kwam ook de speer te boven.

S. Vestdijk

Tekst 3

Callisto

- 155 Inter hamadryadas iaculatricemque Dianam
- 156 Callisto sacri pars fuit una chorū.
- 157 Illa, deae tangens arcus, 'Quos tangimus arcus,
- 158 este meae testes virginitatis' ait.
- 159 Cynthia laudavit, 'Promissa' que 'foedera serva,
- 160 et comitum princeps tu mihi' dixit 'eris.'
- 161 Foedera servasset, si non formosa fuisse;
- 162 cavit mortales, de Iove crimen habet.
- 163 Mille feras Phoebe silvis venata redibat
- 164 aut plus aut medium sole tenente diem;
- 165 ut tetigit lucum (densa niger ilice lucus,
- 166 in medio gelidae fons erat altus aquae),
- 167 'Hic' ait 'in silva, virgo Tegeaea, lavemur';

168 erubuit falso virginis illa sono.
169 Dixerat et nymphis. Nymphae velamina ponunt;
170 hanc pudet, et tardae dat mala signa morae.
171 Exuerat tunicas; uteri manifesta tumore
172 proditur indicio ponderis ipsa suo.
173 Cui dea ‘Virgineos, periura Lycaoni, coetus
174 desere, nec castas pollue’ dixit ‘aquas.’
175 Luna novum decies implerat cornibus orbem:
176 quae fuerat virgo credita, mater erat.
177 Laesa furit Iuno, formam mutatque puellae:
178 Quid facis? Invito est pectore passa Iovem.
179 Utque ferae vidit turpes in paelice voltus,
180 ‘Huius in amplexus, Iuppiter,’ inquit ‘eas.’
181 Ursa per incultos errabat squalida montes
182 quae fuerat summo nuper amata Iovi.
183 Iam tria lustra puer furto conceptus agebat,
184 cum mater nato est obvia facta suo.
185 Illa quidem, tamquam cognosceret, adstitit amens,
186 et gemuit: gemitus verba parentis erant.
187 Hanc puer ignarus iaculo fixisset acuto
188 ni foret in superas raptus uterque domos.
189 Signa propinqua micant: prior est, quam dicimus Arcton,
190 Arctophylax formam terga sequentis habet.
191 Saevit adhuc canamque rogit Saturnia Tethyn
192 Maenaliam tactis ne lavet Arcton aquis.

Ovidius, Fasti 2, 155-192

Tekst 4

De nimf Arethusa vertelt hoe ze belaagd werd door de verliefde riviergod Alpheus. Ze was aan het zwemmen, toen ze opeens een hevige beroering in de rivier voelde. Geschrokken klom ze op de oever. Toen hoorde ze de stem van Alpheus die haar vroeg waar ze naar toe ging. Arethusa gaat als volgt verder met haar verhaal:

- 601 Sicut eram, fugio sine vestibus — altera vestes
602 ripa meas habuit — ; tanto magis instat et ardet
603 et, quia nuda fui, sum visa paratior illi.
604 Sic ego currebam, sic me ferus ille premebat,
605 ut fugere accipitrem penna trepidante columbae,
606 ut solet accipiter trepidas urgere columbas.
607 Usque sub Orchomenon Psophidaque Cylleenaque
608 Maenaliosque sinus gelidumque Erymanthon et Elin
609 currere sustinui nec me velocior ille;
610 sed tolerare diu cursus ego viribus impar
611 non poteram; longi patiens erat ille laboris.
612 Per tamen et campos, per opertos arbore montes,
613 saxa quoque et rupes et, qua via nulla, cucurri.
614 Sol erat a tergo; vidi praecedere longam
615 ante pedes umbram, nisi si timor illa videbat;
616 sed certe sonitusque pedum terrebat et ingens
617 crinales vittas adflabat anhelitus oris.

Uiteindelijk ging Arethusa van angst zo zweten dat ze in water veranderde en opging in de rivier van haar achtervolger Alpheus.

Ovidius, Metamorphoses 5, 601-617

Aantekeningen

- regel 601 **Sicut eram** Naakt als ik was
regel 602 **tanto** des te
 instat en ardet onderwerp: Alpheus
regel 603 **paratus** bereidwillig (*om op de avances van Alpheus in te gaan*)
regel 604 **premo** achtervolgen
regel 605 **fugere** Vul aan: **solent**

<i>regel 607-608</i>	Tot aan Orchomenos, Psophis, Cyllene, de dalen van de Maenalus, de koude Erymanthus en Elis
<i>regel 609</i>	sustineo volhouden
<i>regel 610</i>	velocior ille <i>Vul aan:</i> erat
<i>regel 612</i>	cursus <i>Lees:</i> cursum
<i>regel 613</i>	impar niet opgewassen tegen Alpheus et <i>Onvertaald laten</i> arbore <i>Vertaal als meervoud</i> saxa t/m rupes <i>Lees:</i> per saxa quoque et per rupes qua via nulla <i>Vul aan:</i> erat
<i>regel 614</i>	qua waar
<i>regel 615</i>	a tergo achter mij pedes <i>namelijk van Arethusa</i> umbram <i>namelijk van Alpheus</i>
<i>regel 616</i>	nisi t/m videbat tenzij dat maar een angstbeeld was
<i>regel 617</i>	-que <i>Onvertaald laten</i> adflo + <i>accusativus</i> blazen tegen